



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Wesbuii in Scandia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

Kirstinæ dulcissimæ filiolæ, præter at-
tem industriæ, & moratæ, pater mor-
rens F. & P.

WESBUII IN SCANDIA.

Claudius hic parvâ requietus clauditur arcâ,
Cui virvo in toto non foret orbe quies.
Hunc natura semel terris monstravit, at illic
Concessit saltem sex superesse dies,
Ut tener & levior mortali labe solutus.
Ad superos nullo pondere tardus eat.
Tempora pro modicis ubi nunc æterna diebus
Obtinet, & gratis pace potitus orvat.
Claudio dilecto filio unicam septima-
nam in terris non complenti pater
lugens F. & P. Anno 1576.

CRONEBURGICA.
CARMEN FRONTISPICIO ARCIS
CORONEBURGI INCISUM.

Inclutus hanc celsam Fridericus condidit arcem,
Nomine qui simul & sorte secundus erat.
Rex pius & justus, mitis, robustus in armis,
Qui tamen invitus prætulit arma toga.
Cui Regina toro vixit sociata jugali,
Mechelburgiaca nata Sophia domo.
Qua pariter virtutis amans, studiosa mariti,
Pignora conjugii plena decore dedit.
Ergo ubi pacatos ageret Rex impiger annos,
Structura tanta mole peregit opus.
Munivitq; arcem, velut aspicias, haud quod in ista
Spem sibi tutela præsidiiq; locet:
Nec velut antiqua structor Babylonis, orvando
Jactet ut humanâ roborâ facta manu.
Iste luit pœnas fastus, dum septimus annus
Cerneret amentem per similemq; feris.